



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

5. Aprilis. Ad hominum benevolentiam divini obsequii causâ colligendam, omnibus omniæ fieri, est necesse: nulla enim re æquè ac morum, studiorúmque similitudine animi capiuntur. S. Ignat. ap. Nolarc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Amare, est de amati felicitate gaudere, non secus, ac si amans eam possideret. O quæ mea felicitas? si amo Deum, omnia divinitatis bona participo! Utinam nihil cogitem, nihil agam, quàm ut amem te, Domine!

Amare Deum, est in universi centro quiescere, extra quod nulla quies, in universi circulo moventur omnia, non aliter, nec alibi quietus eris, nisi in Dei amore conquiescas.

5. Aprilis.

Ad hominum benevolentiam divini obsequii causâ colligendam, omnibus omnia fieri, est necesse: nullâ enim re aquè ac morum, studiorumque similitudine animi capiuntur. S. Ignat. ap. Nolarc.

Difficilius est hominum animos, quàm arces expugnare; hæ ferro & machinis, illi nec integris exercitibus subiguntur, ad quos captivandos nullus potentior affabilitate archistrategus.

Quas aperto Marte frustra tentâsses animas, has stratagemate feliciter capies, si antequam sanctiora illis documenta instilles, benevolentiam lucreris: hac enim obtentâ

non aures modò, sed & corda ultrò pre-
bebunt; quæ duces, quò voles.

Si suaviter canentem audient Orphe-
um, non audient tantùm, sed & sequen-
tur, surdæ aliàs & pigræ in divina caute.
Hæc innocens est magia, quâ homines
cantantur.

Nemo tam ferus, qui non capiatur hu-
manitate; sermo amœnior, & oculus fer-
nior etiam ex dura rupe benevolentiam
velut reciprocam Echo, provocat.
quàm facili impendio animas capis.

6. Aprilis.

*Non reputare se debet Christi amicum,
animas non fovet, quas ille fuso sangui-
ne redemit. S. Ignat. ib.*

SI una in animantibus anima, par etiam
debet esse affectus, ut, quod unus, idem
& alter, diligat. Jam, si Deum amas, me-
suram habes, quantus in te animarum
amor ardere debeat.

Ex creatis omnibus anima sola est, quæ
suo Deus amore dignatur: hanc affectu
reliqua imperio regit. Vide, quid à
anima mereatur.

Anima est imago Dei; hunc si amas,